

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata.  
Ioann. Agri. Isleb. Avtore**

**Terentius Afer, Publius**

**Berlin, 1544**

Actvs secvndi scena tertia

[urn:nbn:de:bsz:31-129051](#)

# TERENTII.

## ACTVS SECUNDI. Scena Tertia

Trohaici Tetrametri Catalecticī, &  
Iambici tum Senarij tum octonarij.

PAMPHILVS adolescens.

DAVVS seruus.

Quid igitur sibi volt pater? cur simus  
lat? Da. ego dicam tibi.

Si id succenseat nunc, quia non dat tibi  
vxorem Chremes,

Ipsus sibi esse iniurius videatur. neq; id  
iniuria,

Priusq; tuum, vt se se habeat, animū ad  
nuptias perspicerit.

Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te  
transferet.

Tum illæ turbæ silent. PAM. quid vis  
patiar? DA. pater est Pamphile.

Dificile est. tum hæc sola est mulier.  
dictū ac factum, inuenerit,

Aliquam causam, quamobrem ejusq; at  
oppido. PAM. ejusq; DA. cito.

Pam. Cedo igitur, quid faciā Dauē. Da.  
dic te ducturiā. Pam, hem. Da, quid est?

PAM.

## ANDRIA

PAM. Egone dicam c̄ DA, cur non ē  
PAM. nunquā faciā DA, ne nega.  
PAM. Suadere noli. Da, ex ea re quid  
fiat, vide,  
PAM. Ut ab illa excludar, hac cōcludar  
Da, non ita est.  
Nempe hoc sic esse opinor diciturū pas  
trem.  
Ducas, volo, hodie vxorem. tu ducam,  
inquieris  
Cedo, quid iurgabit tecum c̄ heic red  
des omnia.  
Quæ nunc sūnt certa ei cōsilia, incerta  
vt sient,  
Sine omni periculo. nam hocce haud  
dubium est, quin Chremes.  
Tibi non det Gnaram. nec tu ea causa,  
minueris.  
Hæc quæ facis, ne is mutet suam sens  
tentiam.  
Patri dic velle, vt quom velit, tibi iure  
frasci non queat.  
Nam quod tu speras, propulsabo facile  
vxorem his moribus.  
Dabit nemo. inueniet inopem potius,  
quam te corrumpi sinat.

Sed

## TERENTII

Sed si te æquo animo ferre accipiet, ne  
glegentem feceris.

Alia oculos quæret: interea aliquid  
acciderit boni.

PAM. Itan credis? DA. haud dubium  
id quidem est. PAM. vide, quo me  
inducas, Da. quin taces?

PAM. Dicam. puerum autem ne rescia-  
scat mihi esse ex illa, cautio est.

Nam pollicitus sum suscepturum. Da.  
o facinus audax. PAM. hanc fidem.

Sibi me obsecravit, qui se sciret non de-  
serratum, ut darem.

DA. Curabitur. sed pater adest, caue-  
te esse tristem sentias.

## ACTVS